

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacrae Regiae Majestatis
Borussicae Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicae, Ordinis Nigrae Aquilae Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XXII. TIT. IV. De Fide Instrumentorum Et Amissione Eorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

DE FIDE INSTRUMENTO-
RUM ET AMISSIONE EORUM.Qv. I. *An Notarii putativi, sive falsi, instrumenta
valeant?**Laut. pag.* **N**EGATUR: Quia nullam fidem habent, nec ab officio, nec a sua
472. verb. persona.*Notarii
putativi
Etc.* **O**BJ. *L. 3. ff. de Off. Praet. ibi: cum servus esset, & mox: nihil
ei servitutem obstitisse.***R**ESP. (1) Ibi publico errore pro Notario habetur, tunc enim ex
æquitate valet, quod gestum est.**R**ESP. (2) Loquitur de vero Notario creato, sed qui talis esse non
poterat, forte quia servus est, hujus acta valent.Qv. II. *Quomodo indictio computari debeat?**Laut. pag.* **R**ESP. Tempus currens poni debet v. g. Ann. 1716. & tum adjungun-
428. verb. tur tria (quia scil. indictiones triennio ante Christum natum coepe-
si per re), indeque fient 1719. Hæc jam dividi debent cum 15. (qui sunt anni
quindenos indictionis), & tum calculo subducto remanebunt 114. indictiones.
Etc.

$$\begin{array}{r|l}
 x & \\
 2 & 6(9) \\
 x & 7 x 9 \\
 x & 8 8 8 \\
 x & x
 \end{array}
 \Bigg|
 114.$$

Qv. III. *An instrumentum probetur hoc ipso, quod ejus
mentio fiat in sequenti, publico?**Laut. pag.* **N**EGATUR: (1) Quia posterius instrumentum nihil asserit, sed sal-
429. verb. tem refert; (2) posterior deceptus esse, adeoque ex errore prius
neque in- probasse potuit.
*strumen-***E**X C. (1) Nisi ab iisdem personis confectum sit, *Lauterb. h. p. 429.*
(2) Nisi exempla ex Archivo proferantur, *Auth. Ad hæc. C. h. vel*
(3) alter semel agnoverit, *d. Auth. aut* (4) alius citata parte coram Ju-
dice descripserit. *ibid.*

Qv.



Qv. IV. *Quid requiratur, ut libri mercatorum
semiplene probent?*

RESP. Requiritur (1) ut mercator sit integræ vitæ; (2) ut liber con-
tineat data & expensa; item (3) causam debendi; quibus Gaius ad-
dit (4) ut scriptus sit a mercatore ipso: at verius est, sufficere scriptum
vom Buchhalter: modo (5) res ad mercaturam pertineat; nec (6) sum-
ma sit adeo magna. *Brunn. paratitl. h. q. 35.*

*Laut. pag.
429. verb.
excipe ra-
tiones.*

NOT. 1. Hi libri plene probant contra mercatores. *Brunn. d. q. 35.*

NOT. 2. Mercator hos libros edere tenetur ei, contra quem agit.
*Brunn. paratitl. d. Edend. q. 29. Stryk. Uf. Mod. ff. tit. de Edend. §. 20.
per Auth. Ad hæc. C. de Fid. instr.*

LIB. XXII. TIT. V.

DE TESTIBUS.

Qv. I. *An probatio per testes sit a jure naturæ, quaenam ejus
sit ratio & quotnam testes requirantur?*

Egregie rem explicat *B. Parens in disput. de directa probatione nega-
tiv. ubi c. 1. §. 5. & seq.* verba ita se habent: Est autem probare, fi-
dem judici facere, & quod tum, cum allegatur, dubium incertumque est,
certum reddere: eoque suspensum adhuc judicis animum constituere.
Unde *Donell. Comment. lib. 25. in pr.* probare a probo ducit: quod pro-
bare, sit efficere, ut probum verumque judicetur; Judici autem proba-
tio fieri dicitur, non, quod sufficiat solum judicem scire, ac fidem habere,
sed, quia ille arbitratur, satisne ita probatum sit, ut omnibus constare pos-
sit. Atque hinc *Quintilianus Instit. orat. lib. 5. c. 8.* in genere probatio-
nem, ait, *constare rebus ad fidem faciendam positis.* Nec alio sensu admit-
timus, quod *Donellus d. l.* inquit: *Non alii rem probari debere, quam judici.*

Equidem certitudo omnimoda in factis hominum vix occurrit,
nisi per evidentem inspectionem, seu instrumenta indubitata. Te-
stes enim errare possunt, vel fallere, etsi honestissimi habeantur.
Quemadmodum *Cicero in Orat. pro M. Fontejo c. 13.* refert: *In cau-
sa Q. Pompeji, ne quidem quatuor praeclarissimis Romanae civitatis
viris, duobus Metellis & duobus Cæpionibus in eum, etsi novum homi-
nem, creditum fuisse.* Nec numerus testium natura definitus videtur, &

